cantores et hostiarii et omnis israel in civitati-
bus suis. Instante autem vii. mense
et erant filii israel unusquisque in suis
urbibus: convenerunt unanimes in atrium
quod erat ante ianuam orientalem. Et stan-
tes ihesus filius iosedech et fratres eius sa-
cerdotes. et zorobabel filius salathi-
el. et huius fratres paraverunt altare. ut
offerrent super illud holocaustomata.
secundum quod in libro moysi hominis dei prescripta
sunt. Et convenerunt sibi ex aliis nati-
onibus terre. et erexerunt sacrarium in loco
suo omnes gentes terre. et offerebant ho-
stias. et holocaustomata domino matu-
tina. et egerunt scenophegia et diem
sollempnem sicut preceptum est in le-
ge. et sacrificia cotidie sicut oporte-
bat. et post hec oblationes institutas
et hostias sabbatorum et neumeniarum
et dierum sollempnium omnium sanctifica-
torum. et quotquot vovebant domino. A
neomenia septimi mensis. ceperunt ho-
stias offerre deo. Et templum domini no-
dum erat edificatum. Et dederunt pe-
cunias lapidariis et fabris. et potum
et pabula cum gaudio. Et dederunt cara
sydoniis et tyriis. ut transveherent illis
de libano. trabes cedrinas et facerent
rates in ioppe portum. secundum decretum
quod scriptum erat eis. a cyro persarum
rege. XIII
Et in secundo anno venientes in templum dei
in ierusalem mense secundo. inchoavit zoroba-
bel filius salathiel. et ihesus filius io-
sedech. et fratres ipsorum et sacerdotes. et le-
vite. et omnes qui advenerant de capti-
vitate in ierusalem. et fundaverunt dei
templum novilunio secundi mensis. secundi anni
cum venissent in iudeam et ierusalem. et sta-
tuerunt levitas. a xx. annis super opera
domini. Et stetit ihesus et filius eius et fratres
omnis levite. et conspirantes et exercita-
tores legis. et facientes opera in domo
domini. Et steterunt sacerdotes habentes sto-
las cum tubis. et levite filii asaph habentes
cymbala collaudantes dominum et benedi-
centes secundum david regem israel. Et cantave-
runt canticum domino. quoniam dulcedo ei et

honor in secula super omnem israel. Et omnis populus
tuba cecinerunt. et proclamaverunt vo-
ce magna collaudantes dominum in su-
scitatione domus domini. Et venerunt
ex sacerdotibus et levitis et presidentibus secundum
pagos senioribus qui viderant pristinam
domum. et ad huius edificationem cum
clamore et planctu magno. et multi
cum tubis et gaudio magno. Ita ut
populus non audiret tubas propter planctum populi.
Turba enim erat tuba canens magnifice.
ita ut longe audiretur. XIIII
Et audierunt inimici tribus iude. et
beniamin. et venerunt scire que esset
vox tubarum. Et cognoverunt quoniam qui erant
ex captivitate edificant templum domino deo
israel. Et accedentes ad zorobabel et ihesum
et prepositos pagorum. dixerunt eis. Edifi-
cabimus una vobiscum. similiter enim audi-
vimus dominum vestrum. et ipsi parati incedi-
mus a diebus asbasareth regis assiriorum
qui transmigravit hinc. Et dixit illis
zorobabel et ihesus princeps pagorum israel. Non
est nobis et vobis edificare domum dei nostri.
Nos enim soli edificabimus domino israel. Secundum
ea que precepit nobis cyrus rex persarum.
Gentes autem terre incubantes hiis qui
sunt in iudea et levantes opus edificati-
onis. et insidias. et populos adducentes pro-
hibebant eos edificare. et aggressuras
exercentes impedierunt ne consummaretur
edificium omni tempore vite cyri regis. Et
protraxerunt structuram per biennium us-
que ad darii regnum. XV
In secundo autem anno regni darii. prophetavit
aggeus. et zacharias filius addo
prophete apud iudeam et in ierusalem. in nomine
domini dei israel super eos. Tunc stans zoroba-
bel filius salathiel. et ihesus filius iosedec.
inchoaverunt edificare domum domini que est
in ierusalem. cum adessent eis prophete domini. et ad-
iuvarent eos. In ipso tempore venit ad illos
sisennes subregulus syrie. et fenice.
et sathrobuzanes et sodales eius. et dixerunt
eis. Quo precipiente vobis domum hanc edi-
ficatis. et tectum istud. et alia omnia perfici-
tis. et qui sunt structores qui hec edifi-
cant. Et habuerunt gratiam visitatione facta